

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Ex Elogiis Illvstrivm in Carpetania Scriptorum Viri Nobilis D. Thomæ  
Tammaio de Vargas Historiographi Regij. Ioannes de la Cruz.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

## ELOGIVM V.

*Illustriſimi & Reuerendiſimi D.D. Fr. Antonij Perez,  
Episcopi Vrgella, Operum V.P. Fr. Joannis à Cruce, con-  
tentum in Epiftola miffa ad V.M. Annam de Iefu,  
Fundatricem Monialium Carmelitarum Diſ-  
calceatarum in Gallia & Belgio.*



Pera V.P. & Magistri sui F. Ioannis à Cruce, quæ R. V. mihi perluſtranda  
comiſit, remitto ea quippe talia in ſe ſunt, vt (quantum pro ingenij mei  
tenuitate percipio) totus vester ſacer Ordo, tanquam in lucidifimo totius  
perfectionis ſuę ſpeculo, merito ſe ipsum in eis inſpicere, & contemplari  
poſſit. Nam ſi illius profeffores viam purgatiuum rigidè ſequuntur, hic taliter illa  
proponitur, vt ob illius rigorem eiusdem traſtatio Nox Obscura inſcribatur: ut pote in  
qua homo proprios obtutus, uſque adeo fugit, vt ei de ſe ipſo liceat enun-  
ciare, quod D. Paulus de Christo Domino afferuit. 2. Corinthi. 5. Et ſi nouimus  
ſecundum carnem Christum, ſed iam non nouimus. Si vero viam illuminatiuam inſigni cum  
ſplendore exercent, hic tantopere reſplendet, vt manifestum quoque fiat, eodera A-  
postolo teſte i.ad Cor. 2. eam non in sapientia hominum, ſed in virtute Dei ſplendere; adeo  
vt quod ibidem ſubiunxit diſere poſſint. *Nos ſenſum Christi habemus.* Denique ſi viam  
vnitiuam, tam praeſcellenter profitentur, hic uisque adeo perficitur, vt attingatur quo-  
dammodo quod D. Paulus afferuit i. Cor. 6. *Qui adhaeret Deo, unius ſpiritu fit cum eo.* Po-  
teſtitaque R. V. theſaurum iſtum tanquam tem coelestem aſtimare: praeſertim ve-  
ſi praxis & exercitium tam ſalutarium documentorum, quo (meo quidem videre)  
qui ſic illa diſtabat, inſigniter emicuit, accedat, R. V. ſuis ſanctis precibus Deum exo-  
ret pro me. ipſe cuſtodiat, &c.

*EX ELOGIIS ILLVSTRIVM IN CAR-  
petania Scriptorum Viri Nobilis  
D. Thoma Tammaio de Vargas Historiographi Regij.  
Ioannes de la Cruz.*

*S*iue de Iepes inter celebriora Carpetanici iuris oppida non ultimum locum  
Iepes Toleto vicinum iure obtinere ſemper viſum eſt. Nam ſi primuam  
illiu-

illius originē sp̄ctes, cū antiquissimis inter viros doctos de vetustate decertat. Certe ex Hebreorum sive Phænicum Ioppe apud Iosuam, Dyonisium, Plinium, Solinum sunt qui deducant. Alij Hippone, de qua Liuius, haud procul Hippone & Toleto vrbibus, inter Pabulatores pugna orta &c. vt vere intelligunt. Si vberrimam pinguisimā glebae laudem contemplere, dices nulli secundum. Si insignes omni doctrina & virtute viros ex eo, tanquam ex equo Troiano meros Heroas productos numeres, fortasse primū. Inter ceteros, qui natale solū cognomine, vt partiam virtutem scriptis v-  
erius illustrarunt, nulli non noti sunt Reuerendiss. ac religione, literis & auctoritate illustriss. Don: Fr. Didacus de Iepes, è grauissimo Hieronymianorum Ordine Philippo II. Regi Catholico à Confessionibus & Arcanioribus consilijs, Episcopus Tironensis; qui triumphales Anglorum Martyrum agones, & praecellentem S. Theresiæ nostratis sanctitudinem p̄fissimō stylo diffudit. Reu. Fr. Rodericus de Iepes, ex eodem instituto, non dissimili conatu non solum de aliquot Hispaniæ viris sanctitate illustribus, sed de ipsis Regibus bene meritus est. Didacus etiam alter de Iepes Toletanus Sacerdos de operibus misericordia & alijs virtutibus vberitatem differuit; D. Augustinum & Paulum Orosium Hispanè loquentes dedit. Nulli horum inferior eruditione, ingenio, labore, M. Fr. Antonius de Iepes fuit. Quem postquam à puerō omnibus rebus religioso animo dignis, grauis in primis sanctaque Benedictinæ familiae ordo imbuīset, tanto Patrum suorum amore illum perculit, vt illorum gloriosè ac præclara facta in posteritatis exemplum incredibili studio & indefessa diligentia propalarit. Exempla plerunt VII, illa perpetuo viaitura Chronicæ tanti Ordinis volumina, quæ

— nec Louis ira, nec ignes

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas

Alij. Quos merito

— aget penna haud metuente solui  
fama superstes.

Sed omnium coniunctissima sibi propinquitate cognatorum ipsis volentibus familiæ dicit Ioannes ille, qui antiquæ Originis de Iepes compellationem Crucis cognomento permutauit, cum familia longe præstantiore auorum, pro Deo relicta, nomen non solum dedit, sed una cum veræ virtutis Heroide, cælestis fortitudinis viragine, diuinæ sapientiæ Pallade, Theresia de Iesu fundamenta iecit. Pater illi Gondisalvus cognomine originem & genus de Iepes referebat. Mater Catharina Alvarez Toletana, honesto loco, integræ sanguinis. Fratres Franciscus qui Metymnæ à Campo obiit magnæ sanctitatis opinione, Ludouicus qui in tenera adhuc ætate ad plures abiit; Minor noster Hontiueros nobili Abulensis tractus oppido nouum, veluti Abulæ ipsi Theresia hydus celo tandem receptum terris semper secundum illuxit. Cuius sanctissimam vitam omni admiratione maiorem, non ijs angustijs adstringemus; Alij dabunt; nos, quod nostri munera est, illius scripta reprintis editionibus & illustrationibus aucta, non nostris solum hominibus in pretio, verum exteris, in quorum linguas pronupsa, etiam audio. ecce illa.

III 3.

II Ascen-

B.  
Johannis  
de Cruce

Opera  
mystica

IV

.124

I. Ascensus in Montem Carmelum.

II. Nox Obscura.

III. Flamma amoris.

IV. Cantica.

In quibus pietatis & doctrinæ iudicio, plura sunt Sacra menta quam verba: nec mi-  
rum, cum ille (ut de Dyonisio Areopagiata censuit Nicephorus) sublimi rerum diuina-  
rum contemplatione sententijs & elocutione admiranda prorsus, & excellenta, longeque ab ipsis,  
qua pro hominum captu edita sunt, diserta composita. vnde illi antiquissimum Myste-  
riorum sublimium, (qua non licet homini loqui) Theologo examinatum comparatur no-  
nus hic tam sublimis ac excellens & mente diuinata illustrata, rerum diuinorum Mystra ac  
profundus scrutator. Certe magni Dyonisi imprimis imitatorem esse Iohannes noster  
(si attentè rimeris) scriptorum suorum non argumento solum sed nominibus prodidit. Ille de arcana seu Myistica Theologia scriptis: hunc Mystici Doctoris titule ipsa My-  
steriorum arcanorum pertractatio & merito insigniuit: ille hymnos diuinos modu-  
latus est, huius Canticis etiam diuinis lati congaudemus. Vtrumque igitur propter  
scriptorum sublimitatem cum Chrysostomo volucrem cœli, cum Anastasi-  
o multum in hac Theologia valentem cum Sanctino fi-  
dei virtute illuminatum ex voto ex  
merito compelle-  
mus.



CAN-